ret vicioſ⁹ et q̄uis ſit ſecurum confiteri tales motus
precedentes ſine cauſa vicioſa quorum intemperan=
tia videtur cauſa dum tamen per ipſos non turbetur
amor et deſiderium puritatis in corde corporalis ca=
ſtitas non maculatur Si vero procedunt a cauſa vi=
tioſa confitende ſunt cauſe locus et temp⁹ et mora cō
tra in eis ⁊ vices motuum ſicut ſupra de circunſtan=
tiis peccatorū dictū ē Nō eñ ſufficit generaliter dice
re culpam de motibus ſed debes dicere ſic Dū eſſem
in eccleſia vel in oratione vel dum audirem miſſam

pꝛedicationē cogitaui talem actum turpem. aut ha-
bui memoꝛiā alicuius perſone in cuius aſpectu iam
habui vanā complacentiā aut inoꝛdinatum amoꝛem
aut aſpexi in eccleſia talē perſonā cū ꝯplacētia impu
dica cuius cauſa habui motus carnis impudicos to
tiens ꝛ per tantā moꝛam. Et ſi dixiſti illi perſone tibi
gratioſe aliqua verba ꝓ luxuria feciſti aliquod ſerui
tium malitioſe. vt ſcilicet haberes cōplacentiā libidi
noſam ꝛ motus carnales per maioꝛem moꝛam totum
confiteri debes. maxime ſi verba non dixiſſes aut ſer
uitium non feciſſes ſic pꝛolixe niſi de iſtius pꝛeſentia
delectationem habuiſſes.

## ¶ De periculo familiaritatis duarum. Ca.xx.

Quoniam multi videntur negligere vt agno-
ſcant affectiones ſuas vitioſas et per cōſequēs
non curant confiteri cum tn̄ diligenter ſint perſcrutā
de et cum ſuis vicijs oꝛientibus ex ipſis expꝛimende
ideo pꝛetermittere non itendo. qꝛ multi nimis afficiū
tur ad ſeipſos qdā ad aliquas ꝑſonas qdā ad hono
res. qdā ad diuitias tēpoꝛales Et qꝛ hec ſūt ſicut mu
rus inter deū et animam ideo nullus hoīm habēs ali
quid de pꝛedictis poteſt in via dei ꝓficere nec habere
purā oꝛationem. Et maxime qn̄ eſt carnalis affectio
ad perſonam. et de hac intendo modo loqui Nam ta
lis affectio multos ſpirituales ſub ſpecie amicitie ſpi
ritualis a ſtatu oꝛationis impedit ꝛ impediuit. hec
eſt inquietudo mentis peſtifera oꝛationem mentis et
oꝛis inficiens et diſpergens et affectus contrarios
oꝛationi mente generat et exercet. ¶ Nam ſicut

oratio pura mētē purificat illuminat letificat con for-
te etiam impugnat. ſic carnalis affectio ⁊ immunda
mente īficit ⁊ obſcurat cōtriſtat debilitat ⁊ deſiccat et
corpus eiuſdē maledictionis implicatur. Et quoniā
de ſpiritualibus loquor ꝓpter quas iſta ſcribo noue
rint ipſi ꝙ lꝫ carnalis affectio ſit omnibus periculo-
ſa ⁊ dānoſa eis tamē ꝑnicioſa ē magis maxime qn̄ cō
uerſat cū perſona que ſpiritualis videtur. Nam ꝗuis
horum principiū videatur eſſe purum frequenstamē
familiaritas domeſticum eſt periculoſuꝫ delectabile
detrimentum ⁊ malum occultū bonuꝫ colore depictū
que quidē familiaritas ꝗto plus creſcit tanto plus in
firmatur principale motiuum et vtriuſqꝫ puritas ma
culat. Nō tamē de hoc ſtatim perpendunt. qꝛ ſagitta-
rius a pricipio non mittit ſagittas venenatas ſed ſo
lum aliqualiter vulnerantes ⁊ amorem augmentan-
tes. At tātū vero i breui deueniunt vt iam non velut
angelos ſicut inceperāt ſe inuicē alloquātur ⁊ videāt
ſed tanqꝫ carne veſtitos ſe mutuo ītuant ⁊ ſentiāt mē
tes quibuſdam commedationibus ac verbis blandi
torijs et adulatorijs que videntur ex prima deuotio-
ne procedere. Exinde vnus incipit alteri⁹ appetere
pn̄tiaꝫ corporalem quia forma vel ſpecies corpoꝝ in
vtriuſqꝫ mente concepta incitat eos ad volendū pn̄-
tiam corporalē quia inſit eis preſentia mentalis. Sic
qꝫ ſpiritualis deuotio paulatim cōuertitur ſin corpo
ralem ⁊ carnalem. Et ſic ipſoꝝ mentes que ſolebāt i
oratione cum deo abſqꝫ intermedio loqui nunc inter
ſe et deum alter alterius ponit corporalem effigiem

quē velāt ⁊ ob tenebrāt ponētes ſub ipſis faciem dei
cum facie creature. ⁊ non minus hoꝛrendum eſt cum
hi pꝛopꝛiū erroꝛem percipere et emendare debent vt
in tēpoꝛis potius nutrimentum erroris totum illud i
dicant ex maxima caritate pꝛocedere cuiꝰ merito pu
to et ſibi inuicem mētes referunt ꝙ in oꝛatione vnus
alteri pꝛeſētatur magis ei delectabile ac ſi pꝛo ſe in⸗
uicem oꝛare cogātur gratia et virtute diuina ac per
hoc cōſolationē ſimpliciter ſenſualē quam habent in
illa repꝛeſētatione de ſe iuicem facta in oꝛatione pꝛe⸗
dicta eſtimant et affirmant ac aſſerunt eſſe ſpiritualē
gratiam et diuinam. Quales autem illuſiones reci⸗
piant a ſagittario ſupꝛadicto ſpūaliter mulieres que
cito fidem adhibēt illuſioni mētali eſſet hoꝛribile et
quaſi impoſſibile declarare. Senſiunt namqꝫ in occa
ſione pꝛefata ⁊ repꝛeſentatione mētali caloꝛem quen
dam ignitū a ſagittario illo iactatuꝫ. queꝫ credunt et
dicunt eſſe ignem caritatis a ſpū ſancto tranſmiſſum
volentem cōiungere ſpiritum vnius ſpiritu alterius
vinculo caritatis cum tamen ſit ignis libidinoſi amo
ris ut ſequentur manifeſtant ⁊ inde liberant ſe tan⸗
ꝙ ſpūaliter vnitos poſſe ſecurius ſepius aut pꝛolixꝰ
ſimul loqui atqꝫ in hoc tempus non peꝛdere ſed lucra
ri. pꝛoinde modos inſolitos ⁊ cautelas mirabiles ad
inueniūt qͥbus pꝛocurant ſimul colloqͥ ⁊ frequenter
allegantes vnus alteri cās vtilitate vel neceſſitate de
pictas cum tamen in veritate nihil aliud in cauſa ni
ſi onus cui ratio omnis iam ſuccumbit. ¶ Sic itaqꝫ
carnali concupiſcentia ſeu complacentia excecati

tempus quo olim cõſueuerant in oratione expende=
re ac ſpiritualiter occupare nunc in huiuſmodi fami=
liaribus ⁊ colloqͥs perdunt. Et ſic quod dolẽdum eſt
abſolutiones diuinas pro carnibns commutantes.
Amõ igitur niſi mora ſerotina cogente aut alia ine
uitabili cauſa non pñt abinuicem diſcedere ⁊ tunc in
uite et triſtes diſcedunt. Hec autẽ triſtitia eſt certiſſi
mum iudicium ꝙ carnis vinculo ſunt allegati. Et ꝑ
hec viſitationes ⁊ conſolationes diue a carnalibus
dyabolicis diſcernuntur Deniqꝫ q̃uis ſe multis ex=
ponant periculis ⁊ multa mala incurrant dũ corũ ob
tenebratis cõſcientiis iudicant quedã ſibi tanq̃ ſpiri
tualibus eſſe licita que fieri nequeunt abſqꝫ periculo
⁊ pctõ. putaui tamen melius eſſe nõ multa de hoc ca
lamoexarare. hec tamen tacere nõ valeo quin aliqua
liter referam. maxime quia non longe a temporibus
iſtis ſimilia contingerunt. Tandem ſpirituales predi
cti quandoqꝫ ſe deduci permittuntvt ſe iuicẽ familia
riter tangãt ſub ſpẽ caritatis referẽtes ſibi inuicem
ĩmenſum cordis amorẽ quod imprudenter caritatem
appellauit. Sed in hac reſeratione amoris eſt ſũmuꝫ
periculũ q2 ex hoc fabricãtur ſagitte que mentes eoꝝ
vulnerant mortaliter atqꝫ venenant Et quod ſuꝑ oĩa
videẽ michi horrendũ deo angelis hominibus et de
monibus fuerunt iam alique ſpirituales nomine ſpi=
ritu luxurioſo ĩbute que in excuſatione ſue libidinis
ꝑ̃ſumpſerũt dicere ſe habuiſſe in illis actibus impu=
dicis mgana ſeu timenda de deo. Quod nichil aliud
iudico eſſe niſi quoddam incitamentum et induc

tiuum ad ſimilia ſecurius intrandū ꝛ peioꝛa ꝑpetrā
dum. Dic michi qui talibus credis ꝛ adheres ſi iſte
ſunt vere ſpūales vt aſſeris. Quid aliud loq̄ aut face
re deberent niſi ꝙ a ſpū ſancto ꝓcedere p̄t vel ꝓce-
dit. Ab alio aut nihil pꝛocedit noxium ſed ſolū, qḋ eſt
vtile et honeſtum. Quid eni ad ſpiritū ſanctū de tali
bus oſculis aut qualē honoꝛē vnde cōſequit̄ deus ꝛ
que vtilitas aut que neceſſitas tibi ad ſalutē vel alte
ri vt hos tact⁹ facias vel patiaris Que conuentio
ſpūs ad libidinem carnis Que igitur tua pꝛeſūptio
vt hāc cōtumeliam inferas ſpūi ſancto ſcꝫ attribuen
do ſibi tue ip̄udicitie fetoꝛē quē vix demones patiūt̄
quēq̄ temeritas tua mulier ypocrita a facie dei pꝛo
iecta vt dicas delectationem carnis libidinoſam eſſe
gratiam ꝛ conſolationem diuinam. Recede ergo
fera peſſima de finibus meis quia demones non pn̄t
tuam pn̄tiā ſuſtinere. Hec itaq̄ fratres chariſſimi nō
incongrue huic operi ſunt inſerta vt ſciat vnuſquiſq̄
per hec ꝙ venenoſa affectio ſub calore ſpiritus ac-
quiſita ſumme impedit puritatem confeſſionis ꝛ coꝛ
dis mundiciam vt ſic hanc fugiat tanq̄ vicioſam ru-
bigenem que vix p̄t aboleri de mente ſi alicui fuerit
applicata pꝛecipue quia tales perſone q̄ diu ſūt hac
ſagitta percuſſe quaſi nunq̄ pure et integre confiten
tur eo ꝙ ipſum moꝛbum deſpectabilem in peꝛſona
ſpirituali verecundantur totiens detegere plene et
integre confeſſoꝛi: quia verentur expꝛimere aliquas
circunſtantias tali affectioni annexas quas vel ta-
cent vel expꝛimunt imperfecte vtentes verbis ope-

rientibus dictum morbum ſic vt occupatio mētis ſit
quaſi continua circa perſonā dilectam: ⁊ in orone et
in cūctis actibus ſuis ⁊ immaginationes turpes de
ipſa vana cōcupiſcentia cordis ⁊ in memoria ⁊ aſpe/
ctu mentali ipſius ⁊ negligentia in euitando eius p̄=
ſentiam ⁊ colloquiū ⁊ alia que ſibiipſi experiunt: pro
pterea ſepe mutant confeſſorē aut vellent mutare ſi
poſſent. Sicq̧ triſtes ſunt ⁊ accidioſi frequenter tā
ratione affectionis fluctuantis in mēte q̄ȝ ratione cō
feſſionis imperfecte de qua ipſemet cū triſtātur. Sed
quod pei⁹ eſt cū ipſi debēt querere medicos ſpūales
cautos ⁊ expertos qui ſcirent illam egritudinē ⁊ cau
ſas eius agnoſcere ⁊ congruum remediū adhibere.
Non ſolū non faciunt ſed potius ſi ſemel ad aliquem
talem peruenerint ex tūc ipſum fugiūt nec reuertun
tur ad ipſum Querunt ergo confeſſores idiotas ⁊ ſi
plices qui nec morbū intelligunt nec cauſas eius co
gnoſcūt: et ideo neſciunt adhibere congruam mede/
lā. Tm̄ de hac materia dixiſſe ſufficiat vt per hoc ani
mentur per viam puram ⁊ imaculatam incedere ⁊ fu
gere periculoſam veſtem familiaritatē mulierū ſpiri
tualiū que nō melius q̄ȝ fugiendo vitatur Satis eni
poſſet qs hac ſagitta percuſſ⁹ ſe ieiunijs vigilijs ac
diſciplinis affligere et orare quia non fugiat perſo=
nam et omnē occaſionē deſpiciat nūq̄ȝ curabitur il=
lo morbo ſed magis augebitur illud vulnus: ꝑpter
quod ſequamur auxilium ſiue cōſiliū beati hieronimi
dicētis Feminā quā vides bene conuerſantē mente
diligeo corporali frequētia q̄ ītiū libidinis in viſita

tione mulierum eſt. Et mundus cum mulieribus nõ
melius vincitur ꝙ fugiendo quia cum ceteris vitijs
ꝛ morbis quis poſſit reſiſtere huic tamen non poteſt
niſi per fugam. Et alibi. Si mulier potuit vincere
eum qui iam erat in paradiſo non eſt mirum ſi nos im
pediat qui nundum ad paradyſum peruenerunt Et
iterum. Solus cum ſola nõ ſedeas i ſecreto abſqꝫ ar
bitrio ꝛ teſte ꝛ nec ſub eodem tecto ſolus cum mulie
re manſeris nec in preterita caſtitate confidas quia
tu nec ſanſone fortior nec ſalomone ſapientior. Si for
te dicas iam corpus emortuũ eſt: dico q̄niam dyabolꝰ
viuit cuius fatꝰ pruinas extinctas ardere facit. Itẽ
dicit· Omnes virgines xp̄i ꝛ puellas aut equaliter
dilige aut equaliter ignora. ¶ Item beatus augu=
ſtinus dicit Sermo breuis ꝛ rigidus cum mulieribꝰ
eſt habendus Nec tamen quia ſanctiores ſint ideo
minus cauende quo enim ſanctiores fuerint eo ma=
gis alliciunt ꝛ ſub pretextu blandi ſermonis immiſ=
cent ſe vitijs impijſſime libidinis. Crede michi exp=
tus ſum in xp̄o loquor non mentior. Cedros libani .i.
cõtemplationes altiſſime homines et gregũ arietes
.i. magnos prelatos eccleſie ſub hac ſpecie corruiſſe
reperi de quorum cãu non magis p̄ſumebam ꝙ hie=
ronum Et ambro. ſic ait bern. Quotidie cõuerſaris
cum muliere ꝛ continẽs vis putari eſto ꝙ ſis maculã
tamen ſuſpitionis portas Scandalum michi es tol=
le materiam ꝛ cauſam ſcandali quia ve homini illi ꝑ
quem ſcandalum venit.

De verbis vicioſis

SCiendum ꝙ verba vicioſa ⁊ grauia diſticte ſūt
confitenda ſcilicet ſcd̄m differentias ſuas et in
circunſtantiis ⁊ accuſationibus eorumdē. De mur=
muratione que fit qn̄ narratur defectꝰ perſone ab ſē
tis ſic confiteri habes: dic vtrum vere vel falſe ⁊ pro
pter quā cauſam ſcȝ ꝓpter odiū vel vidictā ſi tu du=
xiſti vel inducere feciſti aliquē ad hoc vel deſperiſti ſi
alicui ex hoc nocuiſti vel alicui audienti generaſti o
dium de illo de quo dixiſti vel aliq̇d mali accidit | aut
velle accidere deſideraſti Nō ergo ſufficit dicere mul
totiens murmuraui ⁊ dc multis niſi iſta explices nō
tamē dicas defectū de q̊ murmuraſti ſi eſt verus nec
nomen perſone ⁊ dicatur qualitas perſone aggrauā
tis pctm̄ / ſicut ſi de patre tuo / de ſancto viro de prela
to ⁊ propter quā cauſā: Et ſi defectus eſt falſus con
fitere defectum ⁊ perſonam cui falſum īpoſuiſti ⁊ de=
bes reuocare coram illis quibus propalaſti maxie ſi
defectus eſſet grauius ſunt tamen quidam qui vt mi
nus diſplicent confeſſori exprimunt perſonā cui fece
runt iniuriam vel de qua murmurauerunt qn̄ ipſa ꝑ
ſona reputatur mala quaſi ab oībꝰ vel pre oībus
odioſa vt per hoc iudicentur minus peccaſſe: Sed
hoc eſt vicioſe dictum quia debent in cordibus ſuis
reputare ⁊ per cōfeſſionem oſtendere ſeipſos eſſe pe
iores ꝙ̄ illa perſona quam in ſui excuſationem noia=
re preſumunt. Quidam adhuc peius faciūt quia vt
vt placeant ꝯfeſſori perſonā exprimunt de qua mur=
murauerūt aut offēderunt auferēdo aut īpediēdo eiꝰ
bonum quia ſciunt illā perſonam diſplicibilem con-

feſſor: Iſti grauius peccant ſe confitendo q̄ſit pecca
tū cōfeſſū quia cōtra caritatē proximi dupliciter pec
cant quia faciunt confeſſorē de peccato gaudere qd
cōſitētur ꝛ dicunt iniuriam quam alteri inferūt ꝛ ſic
non dolent de pctō quod cōſitenť ſed potius gaudēt
putentes per hoc captare beniuolentiā detractione
que grauior eſt confeſſori. quoniā detractio eſt quaſi
quoddam homicidium ſpūale occultū ſicut qn ali/
quis audit aliquē laudari de aliqua ꝟtute ꝛ ſufficiē/
tia conatur auferre de corde laudantis: aut cuiuſlibꝫ
audientis illam bonam opinionem que habetur de
illo negando illud ꝛ potius defectum iſtius declarā
do aut ypocritam appellando: qꝛ dicit ꝙ quicq̄d fa/
cit pro humana laude facit Hoc autē viciū cōmittiť
propter inuidiā aut vanam gloriā. Nā detractor que
rit laudari ſuper alios ꝛ potiſſime ſuꝑ illū cui detra/
hit aut timet minus reputari q̄ ille cui laudatur et
inde oritur graue peccatum: quia affectāt mortē aut
ex pulſionem aut tribulationem aut caſum illius de
cuius laude triſtantur ꝛ ſtatim ſunt diſpoſiti ad audi
endum hoc de ipſo cum gaudio quod vitium nōnul-
los ſpirituales pulſat qui nondum paraclytum rece
perunt. Quidam aūt ore non murmurent nec detra
hunt de alis ne ꝛ ipſi deſpicientur aut murmuretur
de ipſis appetunt tamen illud ab aliis fieri ꝛ omnia
talia cum modis ꝛ cauſis ſunt confitenda integre.
De duplicitate qua dicuntur mendatia que eſt qn̄ li
gua ꝛ intentio non concordant quia facit intelligi ꝛ
credi quod non eſt. Tales qn̄qꝫ ſunt duplicitates ꝑ

dictorie ſicut fuerũt i iudea qñ dixit. Aue rabbi Iſti
in ore gerunt ꝛ retro pungere querunt. Nam poſt oſ=
culum fecit xp̄m capi. De ſimulatione que eſt in ver=
bis ſignis ꝛ operibus exterioribus cuius contrariũ
eſt in mente hoc eſt propriũ ypocritarũ Eſt autem ſi
mulatio falſitas veritate depicta vel vitiũ verbis et
actibus virtuoſis operũ Simulatio in verbis ē qñ te
dicis incipientē ꝛ vitioſũ vt per hoc humilis repute=
ris ꝛ cũ hoc p̄legis vt ſic non credatur nec reputeris
qꝫ appetis virtuoſis ꝛ ſufficiens reputari Et ecõtra
rio turbaris ſi talis reputaris Eſt igiť humilitas in
verbo: ſupbia in mente Simulatio in opere eſt qñ fit
actus ꝟtuoſus vt acquiratur ſolũ fama Simulatio
in ſigno ē qñ pretendiť honeſtas i ſenſibꝰ ſꝫ cor ē ple
nũ in honeſtate nec trahitur quis in opere niſi qꝫ ca=
ret oportunitate quma vellet. Si q̇dam religioſi de
die quando videtur vt putanť ſcti ꝛ honeſti ſenſꝰ ſu=
os valde cõponũt ꝛ maxime in officio ꝛ in choro in=
clinationes ꝓfũdas. ꝛ ſimilia faciẽdo. ſed de nocte
nulla ſigna deuotionis oſtendunt dũ nõ ſentiũt ſe vi
deri Si quidã ſe macerãt abſtinendo ſpũales appa=
reãt et iudicentur Aliq̄ exterius apparẽt patientes
ſub ridẽdo qui tñ pleni ira ꝛ triſticia dolẽt de iniuria
eis facta ꝛ ſic omnis ypocrita eſt ſimulator duplex ꝛ
falſus ꝛ per conſequens inimicus ꝛ proditor verita=
tis Et ideo qꝛ huic vitio multa ſunt annexa alia cum
diligenti examinatione debent in confeſſione euome
re virus ſuum ¶ Mendacia ſecundum ſuas ſpecies
ſunt confitenda quia quedam ſunt aliis noxia et he=

grauioꝛa non noris quedã deliberate pꝛolata et gra
uioꝛa illis que pꝛoferuntur a caſu quedam ſũt iocoſa
ad gaudiũ pꝛouocantia que tamen a viris perfectis
ſunt arcenda Quñ ꝟbo dicuntur mẽdatia per quãdã
inaduertẽtiã ſicut narrãtes hyſtorias aut multum ꝓ
lixe loquentes debent confiteri que noſcũt falſa. Qui
vero in pꝛedicationibus narrant miracula non vera
aut hyſtoꝛias deriſiaas ſeu fabulas/ſeu etiã narrant
textũ ſcripture ſancte et tradunt indebite vt coaptẽt
verba ſua male faciunt et confiteri debẽt quia tot va
rietates ſunt in ſacra ſcriptura que poſſunt dici quo/
niam mẽdatio non eget deus adulatoria vt ſunt ver=
ba blanditoꝛia ad complacendũ vel vt cõmendetur
vel beniuolus fiat vel vt ſeruitium reſpiciat ſunt con
fitenda tanq̃ mendacia exprimendo intentionem
quam habuerunt in pꝛedictis et potiſſime qui adulã
tur geſtibus coꝛpoꝛis et actibus manuum et oculoꝝ
vt oſtẽdant affectionem et compaſſionem ad aliquã
quia tales omnes ſunt mendaces et falſi.

¶ Eruditio vtilis ad oĩa ſupꝛadicta. Ca.xxij.

Ut autem ſcias melius cõfiteri ſtudeas ſaltem
ſemel in die examinare quomodo tempus ex/
pendiſti et diſcurre per ſingulas hoꝛas cogitando
loca in quibus fuiſti cum quibus perſonis quid co=
gitaſti quid dixiſti quid audiuiſti q̃d feciſti vt cogno
ſcas relationes lingue coꝛdis et ſenſuum in quibus et
quotiens offendiſti aut dediſti alis materiam offen
dendi et ſic oꝛdina in mente tua ſicut ea fueris me/
moꝛ commiſiſſe Quia melius explicabis omni/

que fueris memor et illa pluries ꝓtracta: et ordinate
repete in mēte tua nec te pigeat in tali examinatione
exercere qꝛ pax ⁊ leticia mētis quam inde cōſequeris
ſupercedit oē mundanum gaudium qđ ſi abſq; diffi-
cultate magna ⁊ cum magna trāquillitate animi iſtū
modū volueris obſeruare. ſtude in paucis delinque-
re vt pauca poſſis recoleṙ et ꝯfiteri Cōfeſſorē eligas
cōpaſſiuū ꝓbatū in tētationibꝰ ⁊ in via ſe cōtinentie
exercentē. Cum ſepe cōfitearis ⁊ aperias oēs defe-
ctꝰ clare et lucide ⁊ ſtimulos quibꝰ moleſtaris. Sit
ille caritatiuꝰ ⁊ humilis diſcretꝰ ⁊ itelligēs ſic ꝙ poſ
cis ad ipſū cōfidenter recurrere ⁊ ſciat tibi remediū
adhibere Aliť aut ſic cecus ceco ducatū p̄ſtet ābo in
foueam cadunt Ad iſta melius obtinēda neceſſaria
eſt tibi ſollicitudo vite que ē primaria ad cordis mū/
diciam ⁊ tutela ad cuſtodiam. Unde ſi es religioſus
ſi pacem queris hinc merito egredieris. Uſus

Cella quaſi celum ſit tibi qua celica cernas.
Hic legas hic horas meditaris rumina plangas
Par eſt in cella foris autem plurima bella.

Si autem eſt ſecularis fuge cōſortia q̄tum potes niſi
pro euidenti vtilitate aut neceſſitate. Expedit etiam
vt portes in corde propoſitum tibi cauendi pro poſſe
ab omni offenſa dei ⁊ proximi. ⁊ debes te amare cum
oratione dicendo Deus in adiutorium meū intende
⁊c. qꝛ ſine auxilio dei ipoſſibile eſt te a quocūq; mīmo
pctō liberari. Et q̄uis deus permittat q̄tuncumq;
ipſum rogaueris in oratione ne in aliqua pctā icidas
non tamē propter hoc deſiſtas a bono propoſito bū

operandi quia hoc deus permittit vt agnoſcas te ī fir
mum cōtinue diuino auxilio indigere. nihilqꝫ boni ꝑ
ipſū poſſe perficere q̄tūcūqꝫ cupias ⁊ proponas.
Propter quod oportet ſemper orare nō deficere. Il
le āūt ſemꝑ orat q̄ nō ceſſat bene facere et mala vita
re deſiderat. Si autē ab incepto bono deſtiteris eo
ꝙ in oratione nō exaudiris tūc eſt ſignum ſpiritualis
edificij quod eſt conſcientie puritas cares principio
cui annexa eſt cognitio proprie vtilitatis ad quod cō
ſequitur virtus humilitatisque mentem in bono con
firmat ⁊ facit hominem contentari de omnibus iudi
cijs ⁊ permiſſionibus diuinis circa omnes creaturas
⁊ ſe. Dum enim in veritate ipſum agnoſcis omnibus
compateris nullum odis. nulli inimicaris. Plꝰ gau
des de paſſionibus et penis corporalibus q̄ꝫ de con
ſolationibus carnalibus. quia tu vides iſta meruiſſe
et eſſe vtilia hec āūt eſſe periculoſa. Sic ergo omnia
preter peccatum diligas. nihil preter peccatum time
as nihil preter deum afficiat. nihil te niſi culpa contri
ſtet. et quoniam cognitio ⁊ accuſatio ſui ipſius que
acq̇ritur per mētis mūditiā ſolitudinem ⁊ mentalē
orationem neceſſe eſt vt quiſquis ad hanc puritatē
peruenire affectet ſolitudinem velut matrem oronis
⁊ mūdicie āplectatur. Et ibi ī lectiōe ⁊ ſui corde ſcru
tatione ſic quotidie exerceat ꝙ omi ocioſitate vitata
oīmqꝫ humana verecūdia poſtpoſita ⁊ deſpecta ad
veram ac purā integram ⁊ plenam confeſſionem nūc
ſe preparet et diſponat.

## Modus cognoſcendi ſeipſum Cap. xxiij.

POſtremo qui vult ad ſui ꝑfectam cognitionem
cito ⁊ faciliter peruenire ac perfecte pacem con
ſciente poſſidere. Primo coꝛ ſuum ſpoliet ab omni a
moꝛe ⁊ affectione ſenſuali a quacunq; perſona ⁊ re tē
poꝛali ſic ꝙ inter deū ⁊ coꝛ ſuum nullum ſit medium
Nichil diligat extra deum neq; ꝓpter deum.et tunc ta
lis affectio non erit medium impediens ſed adiuuās
et coaptans Secundo exuat coꝛ ſuū ab amoꝛe inoꝛdi
nato ad ſeipſum ſic ꝙ nō ſit fur ⁊ latro honoꝛis ⁊ lau=
dis appetēdo aliquid de his que debētur ſoli deo ſim
pliciter Nil terrenum appetat niſi pꝛo dei ſeruitio et
vtilitate anime ſue vel pꝛoximi ⁊ ab negat pꝛopꝛiam
voluntatem cupiat alienum velle potius ꝙ̄ ſuum per
ficere nec a voluntate dei ac eius permiſſione anim⁹
ſuus diſcoꝛdet. Tertio ad ſue conſcientie ſtimulum
frequenter exerceat memoꝛando pꝛedicta delicta ſe
ipſum arguendo de negligentia concupiſcentia ⁊ ne
quitia. De negligentia quidem ſe arguat ſi coꝛ ſuum
non bene cuſtodiuit.tēpus inutiliter expendit.ſi ope
ra ſua in finem debitum reduxit. Adhuc ſi fuit negli
gens in oꝛatione in lectione et boni operis executio
ne.quoꝛum vnum non ſufficit ſine altero. Adhuc ſi
fuit negligens ad agendum penitentiam de commiſ
ſis ad reſiſtendum tentationibus a deo permiſſis ad
pꝛoficiendum in bonis ſibi oſtenſis. De concupiſcen
tia autem ſe repꝛehendat cogitando ſi in ſe viuit aut
vixit concupiſcētia ⁊ voluptas appetēdo dulcia mol
lia ⁊ cibaria ſapida veſtimenta delicioſa et obiecta
luxurioſa. cum omnia in pꝛimo motu ſunt fugienda

## Modus cognoſcendi ſeipſum.

Item ſi viuit in ſe vel vixit concupiſcentia curioſita
tis appetendo ſcire occulta dei aut creaturam vide=
re pulchra habere ꝓcioſa ꝛ ſimilia que oīa procedūt=
ex auaricia. Item ſi in ſe viuit aut vixit concupiſcen
tia vanitatis appetendo humanū fauorem vel hono=
rem laudē et propriam gloriam. Hec oīa que faciunt
hoiem vanum ſuut fugienda quodcūqȝ ꝛ maxime re=
ligioſo qui dȝ ambulare in veritate coram deo ꝛ homi
nibus ī cunctis bonis operibus ſuis ꝛ ordinare cor/
verba/ꝛ opera/in laudem dei et edificationem proxi=
mi et vtilitatē ſui nichil extra deū penitus appetēdo
De nequitia vero ſe arguat cogitādo ſi in ſe viuit aut
vixit iracundia in verbo vel animo in exteriori ſigno
ꝛ ſi aliquem ad verecundiam ꝓuocauit. Hoc autem
vicium non poteſt corrigi niſi per ſpiritum veritatis
vt ſcilicet homo conſiderat quid meruit per peccatū
mortale. Et per hoc bonitatem dei attendat patien=
tiam que ipſum ſuſtinuit. vſqȝ nunc nec ad huc eum
dānare vult eum iuſte poſſit ac potuerit quotiēs mor
taliter delinquit. Cum ergo veritas ingreditur ani=
mam ꝛ ibi permanet omne cor impatiens et furioſuȝ
efficitur humile et manſuetum et omne cor durum. et
impium efficitur pium et cōpaſſiuū Hec autem virtꝰ
ingreditur ſolummodo in cor mundatum Item cogi
tet ſi in ſe viuit aut vixit nequitia inuidie que de bono
alterius contriſtatur ꝛ de malo iocundantur quod vi
cium directe cōtradixit ſpiritui ſctō. Et ideo ex inui=
dia oritur peccatum in ſpiritum ſanctum quod dici=
tur inuidentia. Contra hoc ſcriptum eſt in matheo

An oculus tuus neq̃ eſt quia ego autem ſum bonus
Et ideo hec peccata non remittuntur in hoc ſeculo
nec ĩ futuro. Itẽ cogitet ſi i eo eſt vel fuit nequitia ac
cidie que conſurget ex tedio boni. aut ocio ſit a te ni/
mia aut ex timore vel dolore alicuius mali. Et ex hoc
oriũtur peſſime ſuſpitiões maligne cogitatiões blaſ
phemie diffidẽtia de deo ⁊ finalis deſperatio. Ad hãc
ſepeſſime deueniũt inſolertie deditі ⁊ qui ſe negligũt
in bonis exercere tempus ſuum vtiliter expendere
nec non qui nimis eſt ambicioſus appetendo exceſſi=
ue honorem talis qui appetit ſupra meritum ſue ſuffi
cientie nunq̃ habebit quod appetit ſed quod peius
eſt iuſto dei iudicio tanto magis trahitur quam
to magis ſeipſum eleuauerit et ꝓcurauerit per alios
trahi ſurſum tanto magis deprimitur ⁊ contemnitur
Qui ergo hoc vicium deſiderat vitare ſtudeat ociũ
vitare ac mentis ⁊ corporis ſuperare pigriciam eorꝫ
q; occaſiones p̃ſcindere que ſũt amor q̃etis et immo
derantia victus ꝓpt̃ has duas cauſas pctã peſima
ſunt perpetrata Et his occaſionaliter et venit ira de
ĩſuper ſodomam ⁊ gomorram. Idcirco ſancti patres
fugientes de ſeculo ad deſertum. Contra illud viciũ
accidie que inficit ⁊ diſſipat omne bonum ſtat in ar=
mis temperantie ⁊ occupationis ⁊ continentie fomẽ
to ne ocioſitatem radicem omnis mali incurrerent ſe
principaliter muniebant. Ca. xxiiii.

Peccatorum origo.

O Mniũ uiciorum capitaliũ vnũ eſt initiũ: ſcꝫ
in gratitudo. Duplex ẽ enĩ radix timor mal

humilians et amor male inflammās. Triplex fomentum eſt concupiſcentia carnis et occulorum et ſuperbia vite. Septiforme caput eſt ſupbia inuidia/accidia/ira/auaricia/gula/luxuria. Inter que ſunt q̇nqȝ peccata ſpiritualia ⁊ duo carnalia. Cū aūt peccatum mortale nō ſit aliud q̄ȝ receſſus a deo per ipſius cōtēptum in ſe vel in ſuo precepto. Cōtempt⁹ autē dei ſit ſuperbia Igitur neceſſe ē vt oīs peccati mortalis culpa ſumat initiū a ſuperbia. Quia vero null⁹ cōtēnit deum vel ſuum p̄ceptum niſi quia aliq̇d ab ipſo timet perdere aut vellet acquirere· Ideo oȝ ꝙ omne pctm̄ actuale trahat originem ab hac duplici radice aut amoris aut timoris. Omnis autem timor habet ortum ab amore quia nullus timet perdere niſi quod amat et ideo amor ⁊ timor ab eodem fouentur. Et q̇a amor inordinatus eſt reſpectu boni temporalis et illud eſt interius extollentia et exterius pecunia inferius laſciuia carnis. Ideo tria ſunt fomenta peccatorū ⁊ viciorum actualium et radicalia duo ad que dū aīa inordinate fertur omnia peccata actualia inordinatur. Et quia hoc fit ſecundum ſeptiformē modū iō ſunt ſeptem peccata capitalia ex quib⁹ generatur diuerſitas peccatorum.

## Peccatum in ſpiritum ſanctum

Quamuis oē peccatū ſit extra deum trinum et vnum appropriatur tn̄ aliquod pctm̄ eſſe impatrem aliquod in filium et aliquod in ſpiritum ſanctū. ¶ Peccatum autē in ſpiritū ſanctum eſt iremiſſibile

in hoc ſeculo et in futuro. Non quia in hoc ſicut non
poſſit dimitti ſed quia nō dimittitur niſi raro aut vix
in hoc ſeculo q̄ʒtum ad culpam ⁊ modicum in futuro
q̄ʒtum ad penam. Huius aūt pcti ſex ſunt differētie
Inuidia fraterne gratie. impugnatio veritatis: agni
te. deſperatio. preſumptio obſtinatio: finalis impnia
Primum eſt contra caritatem dei. inq̄ʒtum dolet ꝙ
dn̄s deus eſt bonus: qui etiam bonitate ſua dat gra-
tiā et eſt cōtra caritatem proximi. Secundum eſt cō-
tra veritatem fidei que eſt fundamentum noſtre ſalu-
tis Tertium eſt cōtra aiam dei. quia credit ſe plꝰ pec
caſſe q̄ʒ deus poſſit parcere. Quartum eſt contra iu
ſticiam dei: quia tantum p̄ſumit de miſericordia dei:
ꝙ credit ſe non debere punire de peccatis: ⁊ per hoc
ſe relaxat ad peccandum ⁊ penitere non curat. Qui
tum eſt contra grattiam penitentialem que facit reſili
re a peccatis commiſſis Sextum eſt cōtra gratiā pe
nitentialem que facit p̄cauere a cōmittendis ſcd̄m ꝙ
ipſa finalis in penitentia dicitur ꝓpoſitum nō peni-
tendi ſic enim eſt ſpecies peccati i ſpiritū ſanctu in ſe
cūdū autem ꝙ finalis impenitentia dicit cōfirmatio-
nē peccati vſq̄ʒ in finem: ſic eſt ſequala omniū morta-
liū peccatorum que in hac vita non remittuntur Et
ſi omne peccatum initium ſumit a ſuperbia ⁊ finem
habet a finali impenitentia in quam qui deuenit pu-
nitur in gehenna a qua finali impenitentia nullꝰ pec
cans mortaliter p̄t liberari niſi interueniat gratia me
diatoris chriſti.

Peccati deſcriptiō. Ca. xxvi

# Peccati deſcriptio.

Cum omne pctm̄ dicat receſſum volūtatis a pri
mo principio inq̄ꝫtum ipſa volūtas nata eſt agi
ab ipſo ꝛ ſed in ipm̄ ꝛ ꝓpter ipſum. Ideo oē pctm̄ eſt
inordinatis mentio ſiue voluntatis circa quam uata
ſunt eſſe virtus ꝛ viciū Pctm̄ igitur actuales inordi
natio volūtatis. Vel ſecūduꝫ aug. Pctm̄ actuale eſt
dictū vel factū vel concupitū cōtra legē dei. Inordi
natio autē iſta aut eſt tāta ꝙ ordinē extermīnat iuſti-
cie et ſic dicit̄ pctm̄ mortale quod natum eſt auferre
vitam ab aīa ipſam ſeparādo a deo per quē viuificat̄
anima iuſti. Aut eſt tā modica ꝙ ordinē iuſtū nō peri
mit ſed aliquantulū perturbat et ſic dꝛ veniale pecca
tuꝫ quia de ipſo cito veniam poſſumus obtinere pro
eo ꝙ ipſum non tollit gratiam nec eo incurrit inimi-
tiam dei. Ordo autem iuſticie eſt vt bonum eternum
p̄feraт̄ boni tēporali ꝛ bonū honeſtū p̄feratur bono
vtili et voluntas dei p̄feratur voluntati proprie ꝛ iu-
diciū rationes p̄ſit ſenſualitati humane. Et qꝛ lex/vel
precipit hoc et vetat oppoſitum. Et ideo qn̄ eterno
temporale honeſto vtile prefertur ſenſualitas rationi
et voluntas propria p̄fertur dei voluntati cōmittitur
peccatum mortale. de quo dixit ambroſius ꝙ eſt pre-
uaricatio legis dei et celeſtium inobedientia manda
torum. Hoc autē committitur vel qn̄ ſit obmittitur ꝙ
lex precepit ſiue ſit ꝙ lex vetat. Ex quo oritur duplex
genus peccati ſcilicet omiſſum et commiſſum. Quā
do vero bonum temporale plus debito modo diligi-
tur ſed non prefertur eterno ꝛ honeſto non prefertur
vtile et voluntas naturalis plus debito amatur ſic

tamē q̄ non prefertur diuine ⁊ ratio concupiſcit non
tamen prefertur iudicio recte rationis tunc eſt pecca
tum ſolum veniale quia licet hoc fit preter legem diui
nam nō tamen directe eſt contra eam Senſualis aūt
apperitus non p̄fert̄ nec rationi niſi quando ratio ei
cōſentit ideo pctm̄ mortale non committur ſine con-
ſenſu. Si autem ſenſualitas inordinate moueatur cū
iſta inordinatio ad maluz declinet ⁊ ade huc ratio nō
ꝯſentiat aliquod peccatū eſt q᷑ alio mō ledit ordinez
iuſticie ⁊ q᷑ in ſtatu innocētie non moueatur ſenſua-
litas niſi ſecūdū motū rōnis. Ideo ſtante hac non po
terat ibi eſſe veniale pctm̄. Nunc aūt quia rationi re
pugnat ſenſualitas velimꝰ nolimus. ideo neceſſe ha
bemus cōmittere veniale pctm̄ aliquod per primos
motus. Et licet particulariter ac ſigillatim poſſūt de
uitari oīa tm̄ nulla p̄nt caueri quia pctā ſunt iſta et pe
ne peccati originalis vel actualis Et ideo merito di-
cuntur veniale q᷑ hoc ipſo ſūt digna verū q᷑ ratio his
conſentire nō compellitur. Si poſt ꝯſenſum delectio-
nis conſentiatur in opus tunc eſt plenus conſenſus
ac per hoc ē peccati cōſummatio que peruenit vſq᷑ ad
ſupremam portionē rōis ex qua pendet plenitudo cō
ſenſus q᷑ vero nō ſolū conſenſꝰ in opꝰ verū etiam in
delectationē Cōſenſus eſt in quo inferior pars ſequit̄
ſenſualē Ideo ſi in delectactionem ſenſualē ratio ſen
ſualitati conſētiat et ſuccūbat propterea fit ſubuerſio
iuſtitie propter quod cōmittit̄ peccatū mortale q̄uis
minus graue quia non ſolum imputat̄ inferiori par-
ti rationis. ſed etiam ſuperiori que debuit cōpeſcere

ꝛ cohibere inferiorem ne conſentiat

¶ Confeſſio ſiue humiliatio ſuꝑpſius. ca. xxvij.

Ecce deſcripſi cor mundū ꝛ cōſcientiā puram vir ego immūdus ꝛ maculatꝰ multū me offēdere ſciens ꝛ me ipſum neſcientes alienos: alienos defectus diiudicans ꝛ meos non inſpiciēs vicia ꝛ occaſiones viciorum vobis aperiens ꝛ ipſa vicia in me corrigere negligens feſtucā in oculo alieno proſpiciens ꝛ in meo trabem non ꝯſiderans Aliene vite dux eſſe pſumens ꝛ moderamina vite ꝓprie nō tenens oīū mores diſcutiēs ꝛ meos deſerēs erga me ipſū ſecꝰ pmanēs ꝛ circa alios oculatꝰ exiſtens fraterna tn̄ caritate coacto qr oīū fratrum aīās ſicere āplector eo maxime ꝙ eas ſentio perfectā cordis affectare mūdiciam Mūdūq; cor ſollicite ac ſtudioſe pq̄rere quo ipſū attingere valeatis vt ſupra ſcriptū ē veſtra caritatiua dilectio hūiliter ꝛ benigne ſuſcipiat vbiq; ſicut in ſpeculo exemplo veriſſimo viam et ianuam inqua agreditur anima in atrium domus domini quod eſt conſcientie puritas diligentiſſime ſpeculetur firmit attēdētes ꝙ ad dictum atrium nullus vnq̄ in hac vita ꝑuenit niſi modo predicto ſeipſum agnoſcere ſtudeat ſcʒ notitiam ſibi datam a domino. ſuamq; cōſcientiā mundam ꝛ immaculatam ſeruare per confeſſionē puram veram ꝛ integram ſuperius memoratā propōat Ipſe namq; modus confitendi ſuper hūilitate perfecte fundatur procedens ex filiali dei amore qui non patitur in corde habitare peccatū nec circunſtātias pcti quibus putet deum offenſum dummodo ſtatim

euomat per confeſſionem ſecundum ſui poſſibilitatē et noticiam habitā de offenſa. Et hm̄i ſollicitudo ſeruandi coꝛ mundum et conſcientiam mūdam cū ſignū congruum et euidens ꝙ q̄s inter dei electos filiꝰ reputetur. Unde talis anima ſecure poteſt dicere Domine dilexi decoꝛē domꝰ tue/id eſt mundiciam anime mee. et locum habitationis gloꝛie tue/id eſt puritatē conſcientie Et ratio quia voluntate pꝛeſtitiſti decoꝛi puritatis mee vitutem. et in iuſticia apparebo purus et mundus in conſpectu tuo et ſatiaboꝛ cū apparuerit gloꝛia tua. Ad quam nos perducat ipſe deus qui viuit et regnat.

Tractatus peroptimus de confeſſione ſeu puritate cordis et mundicia mentis. Nouiter impreſſus. Pariſiii pro. Iohanne paruo commorāte in vico diui iacobi ad interſignium lilii coronati.
Finit feliciter.

75

(24)

us.

ca.xxvij.
ntiā puram
cū me offēde
alſenos defe
cia ⁊ occaſio
in me corri-
proſpiciens
te dux eſſe ꝑ
iens oiꝫ mo-
ſū sec⁹ ꝑma/
rna tñ carita
ctor eo maxi
e mūdiciam
quo ipſūat-
a caritatius
ꝫ ſicut in ſpe
inqua agre
uod eſt con-
r firmit' attē
n hac vita ꝑ
cere ſtudeat
cōſcientiaꝫ
nfeſſionē pu
atā propōat
litate perfe
ore qui non
rcunſtātias
odo ſtatim